

Kreis
Münster
Münsterdinghausen

S. 32

1289 März 2 [1290 Febr. 22]. Kirchhof Hamm. [2

Sweder Beyger überträgt dem Dietrich von Aquaf und dessen Sohn Dietrich mehrere Zehnten (über Aquaf s. Schwiefers, „Dftl. Teil“ S. 207 ff.).

Ea que aguntur coram hominibus, ne a posteris infirmetur, solent testimonio et literarum testimonio perhennari. Pateat igitur inspectoribus tam presentibus

quam futuris, quod Swederus dictus Beyger contulit Theoderico de Acwic et Thiderico filio suo decimam duorum solidorum Monasteriensium cum minuta decima, que *afhoste* dicitur, in manso ipsius Thiderici Acwic suo jure pheodali perpetuo possidendam necnon uxori sue Alheydi ejusdem decime contulit usufructum. Preterea contulit Johanni de Acwic et Henrico filio suo in manso, quem idem Johannes possidet, decimam XVI denariorum Monasteriensium cum minuta ejus decima, que vulgariter *afhoste* appellatur, tenenda in pheodo perpetuo et uxori sue Elizabeth porrexit prefate decime expressius usufructum. Ad huius collationis evidentiam firmiorem presens scriptum sigillo militis Wesceli de Galen est munitum ad preces partium hinc inde. Actum in cimiterio Hammonensis opidi anno incarnationis Domini M^oCC^oLXXX^o nono feria quarta ante dominicam, qua cantatur Reminiscere.

Testes sunt: Pil, tunc pro tempore iudex predicti opidi, Gerewinus de Rinckenrod, Tidericus Harma, Andreas Marscalci, Gotschalvus de Hesen, Everhardus de Herborne, Lambertus de Mersche, Gherhardus Cnippine, milites. Gerewinus Bernecote, Ditmarus Dives, Tidericus Rogge, Johannes Mas, Johannes de Voswinkele, Hermannus de Berstrate, Lambertus Hake, Volmarus de Acwic et filius suus Hermannus, Hermannus de Acwic in Hammone, Hermannus Luscus, Johannes Themonis, Hermannus de Berle, Volmarus Pistor de Acwic, Gotfridus de Tunne et Johannes dictus Slip cum aliis fide dignis.

Beglaubigte Abschrift des 18. Jhds. nach dem Original, das laut beiliegendem Zettel zu Aquaf war; das Siegel fehlte.